



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

20. An etiam non pœnitentibus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

436 DE NECES. ET MOD. MINIST.

a in 4. d. 12. Quare bene notauit (a) Sotus non dari a<sup>re</sup>  
quest. 1. ar. 9. mentibus sacramēta extra articulum mor-  
§. Aliter ta- tis propter illorum reuerentiam.  
men.

Dices primo: Quid si amens resistit, nec  
velit admittere vngentem?

b Palud. in Respondent (b) Doctores, amentes &  
4. dist. 23 q. phreneticos, vel furiosos, si resistant, effeli-  
3. ar. 2. concl. gandos, & fortiter tenendos, ut Extremam  
ii Anton. 2. Vnctionem recipere possint.

p. tit. 14. c. 16. Dices 2. Potestne constare, quando a<sup>re</sup>  
§. 6. prope fin. de Graffis, 1. mens amiserit sensum in complacētia pec-  
p. decif. lib. 1. cati mortalis?

c Sotus in 4. R. Vix (c) posse constare, vt paret ex vnu-  
dist. 15. art. 1. ecclesiæ quæ fere omnibus fidelibus in ar-  
col. 4. ante ticulo mortis dispensat sacramenta: vnu-  
finem. quisque enim presumitur (d) bonus. do nec probetur  
d c. final. de oppositum, cuius in hoc casu est difficillima,  
presumptio - vel impossibilis probatio.  
nibus.

Q VÆSTI O XX.

An etiam non pententibus?

Quæstionis explicatio.

D Iximus superioribus capitibus fre-  
quenter accidere, vt peste infecti va-  
riis de causis non petant sibi conferri sacra-  
menta, quod tamen frequentius accidit in  
sacramento Extremæ Vnctionis, tum pro-  
pter spem longioris vitæ, qua frequētissime  
decipiuntur.

piuntur mortales, tum propter impotentiā seu debilitatem memoriae ægrotantium, tum propter indulgentiam parētum & amicorum nolentium ægrum contristare, & plures alias. Horum occasione quæritur, an pastor etiam teneatur hoc sacramentum illis ministrare?

*R̄spōnsio.*

**T**Enetur, si debitī temporib⁹ tales viti solent sacramentis: Est communis Scholasticorum (*a*) sententia, quam speciatim probant Petrus de Ledesma, & Henriques, & vsu ecclesiæ quotidiano confirmatur: Quia sic dispositi in tali articulo censi debent interpretatiue petere, vt ante explicauimus, imo omnis fidelis, qui non est notorius peccator, nec notorius excommunicatus, & de quo non constat in complacentia peccati mortalis amisisse usum rationis, potest & debet inungi in articulo mortis, vt statim diximus.

*a Petrus de Ledesma, 1.  
p.c.6.conc.6.  
Henriq. lib.  
3.summa, c.  
10.num.1.*

Dices: Peccat pastor non ministrando hoc sacramentum non pentitibus?

*R̄. Peccare, quale vero peccatum sit huiusmodi negligētia, pro varietate circumstantiarum iudicandum erit.*

Ee 3

QVÆ-